



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titulus XXVIII. De Sepulturis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)



## TITVLVS XXVIII.

## De Sepulturis.

**I**ntestatorum Intestatorumque Successionibus & Parochiis congruè satis interjiciuntur Sepultura; cum, sicut defunctorum supremus honos, sic non potteremum sint ex juribus Parochiarum: quarum sacro sinu illorum excipiuntur corpora, & animæ suffragiis adjuvantur.

## ARTICULUS I.

## De Sepultura sacra, &amp; Personis eâ indignis.

## SUMMARIUM.

1. Supremus honos defunctorum est tumulatio,
2. In cimiterio aliòve loco sacro:
3. Ex quibus excluduntur nondum Baptizati, etiam Catechumeni,
4. Et ex baptizatis, Excommunicati,
5. Saltem non tolerati seu Visitandi:
6. Interdicti, si sint denunciati:
7. Suicida,
8. Si violentas manus sibi sponte intulerunt:
9. Occumbentes in torneamentis, vel duello:
10. Manifesti Usurarii, Raptores & similes alii:
11. Religiosi Proprietarii & Blasphemi,

12. Admittuntur ad eam alimò supplicio affecti:
13. Nisi eorum corpora Magistratus prestatè jubeat.
14. Quod introductum est Consequatur,
15. Ad aliorum terrorem morte punitos,
16. Et aliquando ejus reos loco infamii addicente.
17. Pœna sepultura sacra honorantiam eâ privatos,

**E**X ritibus, quibus defunctorum corporibus supremum officium pendere Gentes consueverunt, cæteris antiquior usque frequentior & rerum natura conformior est tumulatio sive sepultura: per quam homo redditur humo: & in cineres relictum corpus revertitur in terram, e qua fuit assumptum, Genes. cap. 3. v. 19.

Sed, licet intra extraque civitates & oppida, non tamen temere quacunque, sed à Christianis præsertim Sacra humo, cimiteriis, cryptisque: & Episcopi, Abbatibus, digni Presbyteri ac Fideles, hoc celsæ sanctitatis & dignitate conspicui, loci in ipsis Ecclesiis, can. Cum gravitas 17. & can. Nullus, 13. q. 2. aut istarum vestibus, cryptis ac porticibus sepeliebantur, ut in c. l. hie n. 8. & in c. Consulisti 7. de Consec. Eccles. Gonzalez n. 2. adnotavit. Quod ita intro-



ita introducendi ratio fuit partim; quod fideles piè crederent, se Inferni teæbras facillius evasuros meritis & patrocinis sanctorum, quorum ossibus sua sociarent, S. Ambrosius *Homil. 6. de Sanctis*: partim verò, ut participes fierent sacrificio- rum; quæ in Ecclesiis offeruntur: & vi- vorum eas ingredientium Charitas ad fundendas pro requiescentium ibi defun- ctorum animabus preces excitaretur, *can. Cum gravia cit.* & denique partim etiam; ut fideles, Ecclesias per cæmeteria adentes, commonerent mortalitatis & futuri exitus sui ex hac vita: quæ nulla est salubrior cogitatio, *Ecclef. cap. 7. v. 40.* ob hanc enim vel maximè caulam cæ- meteria in aditu urbium (& templorum) collocata fuisse, notat S. Chrysoft. *Homil. de Vide Sede Naturæ.*

Neque tamen quorumcunque, sed baptizatorum & fidelium duntaxat cor- pora in Ecclesiis, cæmeteriis, cæterisque e- jusmodi locis tumulari permittuntur, *can. Ecclesiam 26. § 26. dist. 1. de Consecrat.* Unde è sepultura Ecclesiastica excluduntur non solum Pagani & Judæi, sed etiam Hæretici, *can. fin. 24. q. 2.* eor- umque in crimine hæreseos credentes, receptatores, defensores ac fautores *can. cit. § c. Excommunicamus 13. §. Credentes V. Sanè, de Hæreticis*: uti & infantes Christianorum, qui decesserint sine Ba- ptismo, ut docet Ecclesiæ praxis quoti- diana: nisi proles mortua sit in ventre matris pariter defunctæ; eam enim non exsecandam, sed cum ista sepeliendam, cum Glossa in *can. Si quidquid 33. dist. 4. de Consecrat.* tradit Sylvester *V. Sepultura q. 10. d. 1.* quod tæcus sit pars ventris matris, *l. 1. §. 1. ff. de Inspiciendo ventre.* Imò etiam Catechumeni, ut ex communi DD. sensu tradit & S. Ambro- sii autoritate firmat Laiman. *Lib. 3. trakt. 5. cap. 12. n. 11.* & Pirrhing *ad*

*hanc Rubr. n. 62.* quòd, quamvis Ecclesia pro eis oret, nondum tamen eam ingressi sint per Baptismum,

Ex baptizatis etiam & Orthodoxis 4. plura hominum genera sepulturâ Ecclesiasticâ sanctionibus Ecclesiasticis privan- tur: & primò quidem Excommunicati, saltem vitandi: etiam si Contritionis signa ante obitum dederint, *c. Episcoporum 8. de Privileg. in 6. § c. Sacris 9. hanc Rubr.* ubi excommunicati, si in cæmeterio Ec- clesiastico sepulti sint, & discerni possint, exhumari jubentur; ut, quibus non commuicamus Vivis, nec defunctis commu- nicemus. Si tamen antè signa pœnitentiæ dedissent, & quò minùs reconciliaren- tur, per eos non stetit, etiam post mor- tem absolventi & sepulturæ Ecclesiasti- cæ, sed non ante absolutionem, mandan- di essent, *arg. c. Anobis 28. de Sent. excom- municat.*

Dixi, *Saltem vitandi*: cujusmodi no- 5. torii clericorum percussores & publicè ac nominatim denunciati tantum sunt, post Concilium Constantiense, in eoque à Martino V. editam *Constitutionem*, quæ incipit, *Ad evitanda scandala.* Idem de cæteris sive non Vitandis *ad hanc Rubr.* tradunt Zœsius *n. 9.* & Engel. *n. 19.* quòd *cit. Constitutione* nullus favor indultus sit ipsis excommunicatis. Sed frequentiori calculò alii tales, si datis pœnitentiæ signis decesserint, in loco sacro sepeliri posse, docent cum Navarro *ad hanc Rubr. Consil. 4.* Henriquez *Lib. 13. cap. 11. n. 3.* & Suarez *de Consecrat. disp. 12. s. 4. n. 5.* quòd *cit. Constitutione* Fidelibus commu- nicatio externa cum ejusmodi excommu- nicatis permisa sit, inter vivos & mor- tuos non distinguendò: & Jure etiam an- tiquiori ea, quæ sit in sepultura, non ma- gis quàm alia communicatio prohibita fuerit.

Neque obstat; quòd *cit. Constitutio* non fa-



non faveat ipsis excommunicatis; quia sepultura permissio propriè non cadit in ipsos excommunicatos; cum sepelire se ipsi non possint: sed in alios fideles, quibus, sicut omnis alia, sic etiam sepultura Ecclesiasticæ communicatio prohibita antè, & post dictum Concilium permissa fuit, Suarez *l. cit.*

Et si verò hæc ita se habeant, ob loci tamen Sacri & divinorum Officiorum reverentiam, majorèmq; fidelium pro ipsis suffragia offerentium securitatem, etiam excommunicatis toleratis & cum signis pœnitentiæ decedentibus, antequam in loco sacro sepeliantur, absolutionem impendi expedire, censet Palao *Traët. 29. disp. 2. p. 6. n. 12.*

6. Secundò, à Sacra sepulturâ excluduntur notorii & denunciati Interdicti, *c. Episcoporum cit. & Clement. 1. hæc Rubric. junctâ Constat. cit.* nisi eos signa pœnitentiæ dedisse, constet; aut rationabiliter præsumatur, Sairus *Clavis Regia Lib. 5. cap. 8. n. 22.*

7. Tertio, qui ferrò, venenò, laqueo, præcipitiò in puteum aut flumen &c. mortem sibi ipsi intulerint, *can. Placuit. 23. q. 5.* Neque solum, si conscientia criminis perpetrati: sed etiam, si tædiò vitæ, doloris impatientiâ, irâ, desperatione id fecerint, Farinac. *Prax. Criminal. q. 128. n. 17.* ex exco Guazzinus *Defens. Reor. 39. cap. 2. n. 2.* Suicidæ cadaver, si per ignorantiam in loco sacro sepultum fuisset, compertò errore exhumandum & extra locum sacrum projiciendum, asserentes. *Sponte*, inquam; quia sacra sepultura privandi non sunt, qui casu v.g. dum aquam haurirent ex puteo, in eum prolapsi sunt: vel furore, amentia aut aliâ mentis alienatione, vel dum incendii, insidiarum, aut alterius vitæ aut etiam pudicitia periculi effugiendi causâ in flumen aut ex ædibus se præcipitarent, mor-

tis sibi causa fuerunt, *arg. c. Ex parte 1. Ugolinus de Offic. Episc. cap. 17. n. 4. & Barbosa de Offic. Parochi, cap. 26. n. 49.* ubi uterque & Farinacius *q. cit. n. 19.* notant; ut, qui in puteo aut flumine sufforsus, venenò aliòve simili modò interfectus reperitur, sacra sepultura honore privetur, constare Ecclesiæ debere, quid à seipso interfectus sit: & in dubio potius præsumi casu, vel per vim aut insidiam ab alio, quàm sponte & à seipso interfectum esse; cum in dubio delictum, præsertim tam grave, de nemine præsumatur, *arg. l. Merito 51. ff. Pro socio.*

Quartò, eadem sepulturâ privantur, qui occumbunt in torneamentis, & ludis à sacris Canonibus prohibitis: etiam si pœnitentes decesserint, *c. 1. & fin. de Torneament. vel in duello, eam privato, ex condicito certò loco & tempore instituto, Trident. Sess. 23. cap. 10. de Reformat. junctâ Constitutio Gregorii XIII. quæ incipit Ad velle dicitur & Clement. VIII. quæ incipit Illius vultus, ut Lib. 5. Tit. 13. & 14. dicitur.*

Quintò, Usurarii manifesti, *Quod in omnibus 3. de Usuris & c. Quamquam 2. eadem Rubr. in 6. Raptores, Incuriarii, c. Super eo 2. & c. In literis 5. de Raptoribus, & decimas Ecclesiæ debitas injustè detinentes, c. Prohibemus 19. de Decimis; nisi fecerint restitutionem aut de ista faciendâ præstiterint cautionem, ut Tit. 30. n. 127 dicitur.*

Sextò, Religiosus Proprietarius, *Monachi 4. de Statu Monach. & qui Confessionem annuam & Communionem Paschalem voluntariè negligunt, c. Omnia 12. de Penit. & remiss.* Non etiam, qui consilio Confessarii eas ad tempus distulerunt, Barbosa *cap. cit. n. 48.*

Septimò, Blasphemi in Deum, B. Virg. Mariam, aliòve Sanctos, si pœnitentiam ab Ecclesiâ sibi injunctam non e-



gerint, *c. Statutum 2. de Maledic.* Uti etiam fures, latrones, concubinarij & quicumque peccatores publici, sine penitentia mortis decedentes, *can. Quibus, 16. & can. Non affimamus, 13. q. 2.*

12. Hactenus enumeratis olim accensebatur, qui presbyterum tutorem testamenti dedisset, *arg. can. fin. dist. 88.* Qui tamen hodie: uti & fideles, ob gravia delicta ultimò supplicio affecti, si poenitentes obierint, à sacra sepultura non excluduntur: nisi eorum cadavera publicò loco insepulta relinqui à Magistratu jubeantur, Covarruvias *Lib. 12. Var. cap. 1. num. 11.*

Sed hoc an à Magistratu illo fieri julle possit, dubium & ratio dubitandi non contemenda est; quòd reò defunctò crimen, *l. fin. C. Si reus vel accusat. mort.* & ipsa etiam criminis poena extingatur, *l. Defuncto 6. ff. de Publ. jud. & mortuorum reliquiis non solum nullam fieri injuriam, l. Cum sit 6. C. de Sepulch. viol.* sed capite etiam damnatorum atque animadversorum corpora cognatis & quibusvis aliis ea petentibus ad sepulturam dari jubeantur, *l. 1. & l. fin. ff. de Cadav. puni.* Ab Imperialibus non divertunt Ecclesiasticae sanctiones, Sacramentum Poenitentiae non denegantes ultimò supplicio damnatis quibuscunque, *c. Eures 2. de Eres. c. Super eo 4. de Hæreticis in 6. & Clement. 1. pr. de Penit. & remiss.* Et quibus Sacramentum illud datur, sepulturam Ecclesiasticam concedentes, *can. Quæstionum, 13. q. 2.*

13. Verum, esto hæc utroque Jure constituta: & debitorum Civilium cadavera perpetuò vel donec æs alienum solutum sit, inhumata relinqui, injustum, *l. Cum sit 6. C. de Sepulch. viol.* & ab omni humanitate alienum sit: criminoforum etiam quorumcunque, si poenitentes decesserint, corpora sacra humano condici sacri Canones voluerint; vi ta-

men Consuetudinis passim inducta ob atrociora crimina morte punitorum cadavera furcâ suspensa, implexa rotâ palò summa sepe relinquuntur, eorumve ossa sub patibulo sepeliuntur. Quin, ejusmodi criminoforum supplicium in carcere mortuorum corpora etiam vivi merebantur, ignominia affici, & in rotam rotamve agi, multis exemplis ostendit Farinac. *Prax. Criminal. q. 10. n. 78.* De qua tamen Consuetudine non parum variant sententiæ DD. & sunt, qui eam tolerabilem quidem, non etiam rationabilem esse velint, apud Bruneman, *in l. 1. ff. de Cadav. puni.* aliis contra, eam non tolerandam statuentibus eò ipsò; quòd à ratione sit aliena, contra tenorem *c. fin. de Consuetud.*

Mihi, sicut ea, quæ animadversorum cadavera indiscriminatim omnia insepulta vulturum ferarumque laniatui & hominum spectaculo exponerentur, nec rationabilis nec tolerabilis: sic nequaquam damnanda & rationi satis congrua videtur, quæ propter atrociora aut Reipublicæ quieti ac securitati magis perniciosa crimina damnatorum cadavera & istorum consumptorum ossa in loco supplicii aut viis publicis sine ulla honesta sepulturæ spe destituuntur; ut tristissimi illius exempli aspectu alij deterreantur; cum ea non damnetur legibus, imò disertè approbetur in reis læsæ Majestatis, *l. 1. cit.* & Jure etiam Ecclesiastico variorum criminum rei, & præsertim, qui in hastiludiis ac duellis occumbunt, sacra sepulturæ honore priventur decretis Oecumenicorum Conciliorum Lateranensis ac Tridentini *c. 1. & cap. 19. cit.* Id ipsum suadet ratio publicæ utilitatis, ex ea animadversionis in reorum cadavera extensione in totam communitatem redundantis, & privato bono, quod sacra sepultura defuncto affert, prævalentis; si enim

X x x

enim



enim utilitas illa rationabilem addere potuit praxim, quâ punitorum cadavera ad Anatomiam aliisque suæ artis usus Medicis conceduntur, cur non idem præstare valeat Consuetudini, quâ eadem, ut aliis documentis insepulta publicè prostrata quando permittuntur? cum non plus ad sanitatem, quàm ista, flagitia arcendò, Reipublicæ conferat ad felicitatem, Covarruvias, *cit. cap. 1. n. 11*. Zoësius *in ff. de Cadav. punit. à n. 1.* & Perez *in C. Si reus vel accus. mort. in fine.*

16. Circa reos tamen, qui ex vulnere, morbo, casu in carcere vel, dum ex isto fugam parant, moriuntur aut occiduntur, bene observandum est; quòd, licet eorû cadavera in supplicii loco sepeliri aut insepulta in furcam aut rotam agi vi consuetudinis aliquando valeant, si de atroci aut publicè valde pernicioso crimine condemnati jam sint, vel saltem per Judiciale confessionem, legitimam probationem aut facti evidentiam, de illo ita constet; ut ipsis nulla prorsus defensio competat: eò tamen rigore procedi non possit in cadaver ejus, qui cujuscunque etiam atrocissimi criminis solummodo diffamatione aut huic succedaneis criminis indicis gravatus, vel etiam accusatus aut carcere & vinculis constrictus jam est; cum enim talis in furcam aut rotam agi non posset vivus, multò minùs poterit mortuus, ut cum Bossio *Tit. de Accusat. n. 33.* rectè arguit *cit. Farinacius n. 79.*

17. Eorum autem, qui à sacra sepultura Ecclesiasticò Jure excluduntur, aliquem si parochus aut alius quicumque, insuper habitâ sacrorum Canonum prohibitione, in loco sacro sepelire scienter præsumat, mortalis peccati reatum contrahit: & si ab eo sepultus excommunicatus publicè vel nominatim interdictus, aut manifestus Usurarius, vel hæreticus, aut

istius defensor, fautor vel receptor fuerit, excommunicationis censuram ipso facto incurrit, *c. Quicumque 2. pr. de Hæres. in 6. & Clement. 1. hâc Rabr.* à qua abstinendus prius non est, quàm ad arbitrium Episcopi diocesani competentem satisfactionem exhibuerit iis, quibus eò factâ injuria est irrogata, Olla etiam omnium eorum, qui in loco sacro contra illorum prohibitionem sepulti sunt, si dilatare valeant, exhumanda sunt, & extra locum sacrum projicienda, per textum *cit. & ibi DD.*

## ARTICULUS II.

## De sacra Sepultura Electione.

## SUMMARIUM.

18. Non omnes Ecclesia habent jus Sepultura:
19. Cujus Electio fidelibus permittitur.
20. Excipiuntur tamen Impuberes,
21. Et Religiosi, inferendâ Sepultura in Monasterii:
22. Etiam si sint Prelati.
23. Eligi Sepultura potest in loco minùs Religioso,
24. Sacro tamen, & non nisi ex rationabili causa,
25. Electio duorum testimonio legitime probatur.
26. Pene in Religiosos, aliquem ad sanctam Sepulturam vocò &c. eligendum inducentes,
27. Ad gravia incommoda tollenda lata,
28. Varii casibus non incurramur.

Quantumvis jus Sepultura, tantumquam Parochiale, communi & antiquo Jure solis Ecclesiis populorum est.



- sum curamque & Jus Parochiale habentibus, competere, Panormit. in c. Certificari 9. n. 8. & Sylvester V. Sepultura, q. 3. vi consuetudinis tamen & privilegii etiam aliis Ecclesiis competere potest & hodie competit Religiosorum Monasteriis, Lancellot. Instit. hac Rubr. 5. 1. & Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 214. n. 21. Imo FF. Minorum S. Francisci & Prædicatorii Ordinibus per Constitutiones Apostolicas Juri communi insertas indultum reperitur, Clement. Dudum 2. Extravag. 2. inter communes: quod privilegium aliis Religiosis communicari, tradit Dominicus Tom. 3. Prax. Regul. Tract. 9. q. 8. num. 2.
19. Ex locis autem, in quibus de Jure communi vel speciali potest, sepeliri defunctus regulariter debet Primò in Ecclesia vel cimiterio, quod suæ sepulturæ propria electione ipse destinavit, ut constituitur ex c. 1. ibi, Nulli tamen negamus propriam sepulturam vel alienam, & c. Is qui 3. pr. in 6. Pro cujus ratione reddi potest tritium, quò suprema voluntas testatoris dicitur adimplenda, can. Ultima, 13. q. 2. l. Non negare 5. ff. Quomodo test. aperiant. §. l. 1. C. de SS. Eccles.
20. Dixi Regulariter, propter Impuberes & Religiosos: quorum illi cum sepulchrum sibi eligere nequeant, in Majorum vel Parochiali sepultura sunt tumulandi: Nisi consuetudo, quæ præcipuè attendenda est, electionem illorum Patri (aut etiam matri, Donatus Tract. cit. q. 14. n. 1.) permitteret, c. De uxore 7. §. 1. utrum, §. c. Licet 4. in 6. Isti verò sive Religiosi, quòd per votum Obedientiæ voluntati propriæ renuntiaverint, ejusmodi electionem facere non possunt: nisi ita remoti à Monasteriis suis decedant; ut ad ea commodè nequeant portari; hoc enim casu ex licentia à Jure sibi indulta sepulturam eligere etiam ipsi permittuntur, c. Religiosi 5. ibi, Nisi multum à monasterio remoti, hic in 6. §. c. Nimi 16. de Excess. Prælat.

Neque aliud defumitur ex c. De uxore cit. ubi sepulturæ libera electio uxori stabilitur, ex ratione; quòd ea respiciat tempus mortis, quò ipsa à lege mariti est soluta. Unde inferri videtur, ejus electionem etiam permissam Religioso; cum conferatur in tempus, quò ipsum Prælatus potestas & Obedientia obligare cessat. Sed lata disparitas inter hunc & illam intercedit; quia, ut in c. cit. Glossa fin. notat, uxor, licet marito subiecta sit quoad legem conjugii & actus conjugales, quoad alia tamen multa disponere pro suo arbitrio potest: non etiam Religiosus, qui quamdiu vivit proprio velle & nolle caret, can. Non dicatis, 12. q. 1. §. c. Si Religiosus 27. de Elect. in 6. ideòque totò vitæ tempore, quò facienda esset electio, aliquid velle vel disponere independentem à Prælato nequit, etsi dispositio in tempus mortis conferatur, arg. l. Si minor 4. ff. de Servis export. Glossa fin. in c. Religiosi cit. Panormit. in c. De uxore cit. n. 4. & Sanchez Lib. 6. Moral. cap. 14. n. 1.

Excipiuntur tamen ab hoc Doctore 22. n. 7. Prælati Regulares: neque solum suppremi, sed inferiores quoque & aliis in sua Religione subordinati, ut sunt Provinciales, Priores, Rectores, Guardiani: quibus sepulturæ electionem permittit cum Rodriguez Tom. 3. Regul. q. 60. art. 1. & Pellizario Manual. Regul. Tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 126. quòd in multis, præsertim ad suam personam pertinentibus, habeant velle ac nolle. Verùm hoc ipsorum velle non est omnino absolutum, sed dependens ab Ordinis Regula & Constitutionibus. Quare, si secundum istas vel receptam Ordinis Consuetudinem Religiosi in suis Monasteriis sepeliuntur, ibidem etiam Prælatos tumulandos, neque se.



que sepulturæ extraneæ electionem ipsis permittam, existimo cum *cit. Donato Trañ. 10. q. 2. n. 2.* quia ad Prælaturas electi non disimunt esse Religiosi: quibus sepulturæ electio indistinctè negatur *s. Religiosi cit.* Ex dictis

23. Dubium oritur primò, an sepultura licitè eligatur in loco minus Religioso sive, in quo Missæ sacrificium cæteraque Divina & Orationes publicæ rariùs v.g. quot annis semel aut bis tantum peragi solent, relicta Majorum aut Parochiali sepulturâ. Ratio dubitandi oritur ex *c. Fratritatem 3. & c. Cum quis 2. §. fin. in 6.* quorum textuum priori hujusmodi electio, tanquam antiquæ institutioni & rationabili Ecclesiæ consuetudini contraria, rejicitur: posteriori verò impugnari prohibetur. Neque hoc immeritò; quia ex una, electio sepulturæ libera, pars est ultimæ voluntatis defuncti, *c. De uxore cit.* quæ, si rationalis & honesta sit, modis omnibus adimpleri jubetur, *can. fin. 13. q. 2.* cum eam exitum habere publicè interlit, *l. Vel negare 5. ff. Test. quemad. aper.* ex altera verò parte, defunctus ad electionem sepulturæ in loco minus religioso moveri potuit honestâ & rationabili causâ, v.g. quòd speciali devotione ferretur in Sanctum, qui in eo colitur, vel locus ob viciniam à successoribus aut hæredibus faciliùs adeatur &c.

24. Quare *c. Fratritatem cit.* contraria dispositio vel *§. fin. cit.* correctæ, vel exaudienda est de electione in loco minus, hoc est, non religioso, sed prophano, cum Gonzalez *in c. cit. n. 9.* vel cum Panorm. *n. 4.* de loco non habente cæmiterium: quæ, quia institutioni Patrum & Fidelium usui contraria est, Jure optimò, tanquam irrationalis, rejicitur, *arg. l. Filius 5. ff. de Condit. institut.* Vel demum cum eodem & Hostiensis *in c. cit. in fine* accipienda de electione loci minus religiosi, facta

sine justa & rationabili causa, sed ex contemptu aliòve pravo affectu aut animò fraudandi debitâ portione Ecclesiæ Parochialem: cujusmodi electio *§. Sed aliud post can. Placuit cit. q. 2.* merito reprobandatur.

Dubium secundo est de probatione electionis certæ sepulturæ: cujus ratio est, quòd sit pars ultimæ voluntatis; ac proinde non minorem, quàm ista, solemnitate ac probationem exigere videatur. Verùm, quia ultimæ voluntatis non quilibet, sed ad Pias causas dispositio est, sicut ista, sic etiam sepultura electio aliam, quàm Naturalis aut Gentium juris, probationem non requirit, *arg. c. In dicante 4. & c. Relatum 11. de Testam.* Quare, eam per duos vel tres testes, de defuncti electione deponentes, vel per scripturam ipsius manu exaratam, aut codicillum aliàs invalidum, vel per testes unum concurrentibus aliis administratis sufficienter probari, existimat Sebaſt. Modices *de Sepult. q. 8.* Imò Laurent. de Franchis *Controvers. Episc. & Regular. 2. q. 64. n. 6.* eam sufficienter probari, ait solius Confessarii assertionem. Mihi, sicut legata pia, sic etiam sepulturæ electio Confessarii testimonio non satis probari, videtur cum Donato *cit. Trañ. p. 4. 22.* propter Regulam *c. Licet 23. c. Cum nobis 28. &c. de Test. & attest.* à qua exjus, de qua agimus, electionis casus exceptus non reperitur. Si tamen aliquis loci Consuetudine vel statuto Confessarii aut alterius hominis dicto major vis tribueretur, iis standum esset, & in Curia Archiepiscopali Neapolitana, stat. testis est M. Anton Genuentis *in quæ Curia Praxi cap. 176. n. 8.*

Dubium tercio, est de valore Voto ruri ac Juramentorum, obligantium ad certam sepulturam. Quæ, sicut sponte edita tenent, sic irrita nullaque sunt, tam ipsa



ipsa quam alie promissiones, ad quas defunctus à Religiosis vel clericis Secularibus de sua Ecclesia vel Monasterii sepultura eligenda, vel electa non mutanda est inducitur, *c. 1. pr. in 6.* ubi Bonifacius VIII. ad hujusmodi electionem inducendum humari voluit non in electa aut alia postea eligenda: sed in ea, in qua nullâ factâ electione sepeliri debuisset, scilicet in Majorum vel Parochiali aut ea sepultura, quam, antequam ita induceretur, legitime elegit, *Rodriguez l. cit. dub. 5.* Imò ita inducitur corpus, si in locum sic electum illatum jam fuisset, cum omnibus, quæ occasione sepulturæ ab eo percepta sunt, restitui præcepit sub pœna Interdicti, ab Ecclesia vel cæmeterio ipsò factò contrahendi, donec omnium restitutio fuerit facta.

Atque hæc Constitutio Bonifaciana non solum confirmata, sed insuper excommunicatio, à temerariis ejus violatoribus ipsò factò contrahenda, lata est, *Clement. Cipientes 3. in fine de Pœnis.* Cujus Ecclesiasticæ severitatis ratio non ea solum fuit; quòd electio sepulturæ sit pars ultimæ voluntatis; ac proinde libera & usque ad mortem variabilis, *c. Cum Marthe 6. de Celebr. Miss. & l. Si quis 22. ff. de Legat. 3.* sed etiam; quòd sepultura sit res Sacra & Religiosa, & propterea pactionibus non obnoxia, *c. fin. de Pœnis:* & multò magis; ut obviaretur periculis animarum & scandalis, *pr. c. 1. cit.* quæ præbebantur, cum Regulares & Clerici etiam Seculares alienos parochianos ad sepulturam in suis Ecclesiis vel Monasteriis eligendam inducerent: & contra Rectores Parochiarum illorum comitibus se opposentes parochianorù suorum defunctorum corpora suis Ecclesiis vel cæmeteriis inferenda vindicarent, & aliquando violenter auferrent, majori studio captandi lucri & emolumentum tem-

poralis, quam consulendi animabus defunctorum: quâ, clericos maxime de decedente avaritiæ specie, cæteri Fideles sæpe multum offendebantur.

Recte tamen *in c. 1. & Clement. cit.* 28. Interpp. cæteri que DD. notant, prædictas excommunicationis & interdicti censuras non incurri Primò à laicis, aliquem inducentibus ad sepulturam ubicunque eligendam; quia textus illi apertè loquuntur de Clericis & Religiosis, *Toletus Lib. 1. cap. 36. n. 4.* secundo etiam à Clericis & Religiosis, aliquem ad sepulturam apud se eligendam inducentibus consilio vel precibus, sine ullo voto, juramento vel promissione, *Franchis cit. q. 64. n. 2.* Tertio, à quocunque alio, ad illam non in sua, sed in aliena Ecclesia, *vg. à Religioso S. Francisci aliquè ad eam in Ecclesia S. Dominici eligendâ quomodo docunque inducente, Navarrus Manual. cap. 27. n. 103.* Quarto, à parocho, proprium suum parochianum inducente ad suæ Ecclesiæ potius quàm extraneam sepulturam eligendam; quia Constitutiones illæ editæ sunt in favorem parochorum; ac proinde in eorum odium non retorquendæ, *arg. Reg. Quod ob gratiam 61. in 6. Palao Tract. 29. disp. 3. pr. 2. n. 21.* Quintò demum, si inductio, sive Religiosi sive Clerici Secularis, aliquem ad sepulturam in sua Ecclesia vel Monasterio cum voto, juramento & c. eligendam inducere volentis, intentum non sortita sit effectum; quòd is vovère, jurare vel aliter promittere renuerit. Quorum omnium ratio solennis est; quòd utraque, tam Bonifacii VIII. quàm Clementis V. Constitutio, tanquam penalis & odiosa, sit Juris stricti, & à personis atque actionibus expressis ad non expressas non extendenda *arg. Reg. Odis 15. in 6. Palao p. cit. n. 22.*



## ARTICULUS III.

## De Sepultura Majorum.

## SUMMARIUM.

29. Nulla electa decedens Majorum suorum :  
 30. Scilicet patris & avi,  
 31. Vel ipsius & proavi :  
 32. Uxor mariti,  
 33. Et filius spurius matris sue sepultura sunt inferendi.  
 34. Famuli Mendicantium in istorum cimiteriis tumulari possunt.

29. **N**ulla sepultura electa defuncti Fideles inferendi sunt sepultura Majorum suorum, *can. Ebron 2. Placuit 7. Sc. 13. q. 2. & c. 1. hanc Rubr.* quod ex instinctu Naturali & communi voto quilibet suis potius quam extraneis conjungi velle praesumatur, juxta exemplum VV. Patriarcharum in Ephron cum majoribus suis volentium sepeliri, *Genes. cap. 25. 49. & 50.*

30. Majores autem in proposita materia praeremotioribus censentur progenitores propinquiores : ut pater & avus, *can. Ebron & c. 1. cit.* partim ; quod jus sepulturae habeat se instar domicilii inter vivos : filius autem patris & avi potius, quam remotiorum progenitorum domicilium sequatur, *l. Assumptio 6. ff. Ad Municipalem* : partim vero ; quod unio sepulturae procedat ex mutuo affectu dilectionis, quae intercessit inter vivos, & major esse solet in patrem & avum, quam in caeteros progenitores. Quare defunctus inferendus potius est sepulchro, quod sibi delectum pater & avus,

quam abavus, atavus & tritavus habuit. Si vero pater abavi, proavi &c. sepulchro diverfum pro se specialiter elegerit, defunctus in istorum potius quam illius sepulchro tumulandus erit, *arg. can. & c. 1. cit.* loquentium de sepulchro Majorum : cujusmodi istorum, non solius patris est. Si progenitorum singuli diverfum habuerint, cum patre sepelendus est, saltem si iste sepulturam pro familia elegerit, Engel ad hanc Rubricam 6. secus, ad Parochialem deferendum estimarem cum eodem & Sylvestro 7. sepultura n. 8.

Excipienda est imprimis Uxor, quae si nulla electa sive ante sive post mortem decedat, non Majorum, sed Mariti sui : & si plures habuit, ultimi sepulchro inferenda est, *c. si quis 3. & Mulier in 6.* nisi, factio propter adulterium vortio, ab eo esset separata, eique non reconciliata, *Sylvestre V. cit. q. 2. d. 1.* Rationem, cur ea cum marito tumulanda sit, quidam reddunt ex *can. Ebron cit.* textu, *Ut quos conjunxit unum conjugium, conjungat unum sepulchrum* : cui consonat *can. Unaqueque, 13. q. 2.* Verum quia, si haec vera ratio esset, etiam maritum, non electa sepultura decedentem, uxoris suae praemortuae, non Majorum sepulchro inferendum, sequeretur, melius alii textu illo congruentiam tantum reddi : & si loci Consuetudo aliud non exigat, maritum post uxorem ita defunctum, non ei, quam ista sua aut Majorum suorum electione facta est, sed Majorum suorum vel Parochiali sepulchro inferendum, docet cum Franco in §. *Mulier cit.* & Sylvestro *l. cit.* ex solidiori ratione ; quod intersequatur domicilium, honorem & partem mariti : non vicissim iste illius, *l. Cum te 10. C. de Nuptiis* : ideoque non, licet uxorem mariti, sic & hanc illius dispositionem



ffionem sequi conveniat, *arg. l. Si ita*  
*45. ff. de Legar. 2. etiam quoad sepultu-*  
*ram, can. Ebron, can. Unaqueque, & S.*  
*Mulier cit.*

Deinde Spuri; etsi enim filii natu-  
 rales à paterna sepultura ferè non ex-  
 cludantur, *arg. l. Ex factis 17. §. 4. ff.*  
*ad SC. Trebell.* Spurii tamen, tanquam  
 filiorum nomine indigni, *Auth. Ex com-*  
*plexa, C. de Incest. Nupt.* non cum patre,  
 sed cum matre sepeliendi sunt, *arg. l. 1.*  
*ff. ad Municip. Sylvester l. cit. d. 4.*

Demum Famuli domestici Ordinum  
 Mendicantium: qui non electi sepultu-  
 ri intra Monasterium vel Collegium  
 mortui in istorum Ecclesiis vel cæmite-  
 riis sepeliri, etiam parochò invitò, pos-  
 sunt, ex Privilegiis Bullatis, FF. Minori-  
 bus à Clemente IV. & Societati JESU à  
 Paulo III. indultis, ut ostendit Donatus  
*cit. Trañ. 10. q. 2 n. 2.*

## ARTICULUS IV.

## De Sepultura Parochiali.

## SUMMARIUM.

35. Propria carens deferretur ad sepul-  
 turam Parochialem,
36. Etiam si extra Parochiam decedat:
37. Nisi in loco obitus habeat quasi do-  
 micilium,
38. Vel ad parochiam suam commodè  
 nequeat deferri:
39. Vel, duas habens, in una tantum per-  
 ceperit Sacramenta.
40. Habitantem in una & beneficium  
 obrinentem in alia Parochia,  
 priori,
41. Eumque (Passionibus & Consuetu-  
 dine seclusis)

42. Posteriori parochia addicentium,  
 verior Opinio,

43. Auctoritate DD. Rotæque deci-  
 sione,

44. Et Ratione evincitur,

45. Et objectionum solutione confir-  
 matur.

46. Parochia, cadavere à Religiosis

47. Et horum Ecclesia, à Parocho spoliata,  
 restituenda sunt.

48. Sepultura occasione aliquid illicitè

49. Et licitè accipientium varii casus.

**Q**ui Majorum sepulturâ carent 30  
 & nullâ electâ, decedunt, in  
 propriis Parochiis, in quibus  
 habuerunt domicilium & Sa-  
 cramenta cæteraque Divina perceperunt,  
 sepeliendi sunt, *c. 1. hâc Rubric. & c. 1.*  
*in 6.* Quod de Jure obtinet, si in vil-  
 lis aut aliis locis extra illas sitis, ad quæ  
 recreationis, culturæ, amici invifendi  
 causâ se contulerunt, mortui essent:  
 dummodo ad Parochialem sepulturam  
 portari commodè possint, *c. Is qui 3. in*  
*6.* quia per ejusmodi egressum prius do-  
 micilium non amitunt: neque efficiuntur  
 parochiani loci, ad quem ob ejus-  
 modi causam, & paulò post redeundi  
 animò exierunt, *l. Domicilium 20. & l.*  
*Eum qui 27. §. 2. ff. ad Municipalem. De*  
*Jure, inquam; quia ex Consuetudine, aut*  
 etiam parochorum ab Ordinario appro-  
 batis conventionibus aliquando aliud ob-  
 tinet: & in nostra Civitate receptum est  
 ut, in qua decedit, parochia quisque se-  
 peliatur: etiam si alterius fuerit paro-  
 chianus.

Dubium, controversumque est, ubi 37  
 de Jure sepeliendus sit, qui extra sui do-  
 micilii Parochiam, per notabilem qui-  
 dem anni partem, sed absque animò per-  
 petuò ibi manendi degens decedit; eum  
 enim in obitûs tanquam habitacionis lo-  
 co, Sâ



co, Saà *V. Parochus n. 2.* & Sanchez *Lib. 3. de Matrim. disp. 23. n. 13.* Contra in loco domicilii, si ad eum portari commodè valeat, sepeliendum, aliis DD. allegatis vult Pontius *Lib. 5. de Matr. cap. 13. n. 12.* Quorum Opinione cum Consuetudine obtineat prior, ea in dubio præferenda est, atque defunctus sepeliendus, ubi decessit, si eo se contulit animò per majorem aut notabilem anni partem habitandi; ut Studiosi in Universitatibus, famuli in locis sui famulatus &c. solent; quia in tali loco contrahunt quasi-domiciliū; ut ibi fortiantur forū externum & conveniri in judicio possint, *l. Heres absens 19. §. 2. V. At si quo ff. de Judicis;* ac proinde etiam internum; ut centeri possint parochiani, ibique percipiant Sacramenta & defuncti sepeliantur, juxta *c. fin. de Paroch.* ubi, qui propter bellum è loco domicilii egressi sunt, parochiani vocantur loci, ad quem illò durante se contulerunt: & *can. Quæsti, 16. q. 1.* ubi decimæ Personales illi Parochiæ solvendæ dicuntur, in qua quis per anni curriculum Missas audiit, manifestò indicio, talis loci parochianum cenferi. Confirmatur ex eo; quòd locus domicilii specialiter exigatur ad Sacramentum Ordinis, *c. Cum nullus 3. pr. de Temp. Ordinat. in 6.* Unde argumentò à contrario ductò inferitur, ad cætera Sacramenta & sepulturam sufficere quasi domicilium, sive habitationem in loco, ad quem quis se contulit animò per notabilem aut majorem anni partem permanendi, *cit. Sanchez n. 12.*

38. In eodem, etiam brevioris habitationis loco, sepeliendi sunt peregrini & advenæ, quando sepulturâ non electâ decedunt, & ad Majorum aut sui domicilii Parochialem sepulturam deferri non possunt; & multò magis vagi, verum aut quasi domicilium nullibi habentes,

Panormit. in *c. 1. cit. n. 4.* & Sylvester *V. Sepultura, q. 8. d. 2.*

Si defunctus in duabus vel pluribus Parochiis domiciliū habuit, ut *vg. Clericus* duarum Ecclesiarum beneficiatus, in Ecclesia, cujus administrationem vel curam gessit; vel in ea, in qua residere tenebatur, vel, si laicus sit, in Parochia, in qua Sacramenta aliâque Divina percepit, cum sepeliendum, cum Barbola in *c. 1. cit. n. 5.* tradit Donatus *cit. Tract. 9. q. 26. n. 1.*

Aliud dubium & non ita pridem magna controversia fuit de loco sepulturæ Clerici *vg. Titii*, qui beneficium quoddam habuit in Parochiali Ecclesia S. Annæ, eique deservit; quatuor tamen annis habitavit & demum decessit in aliis conductis & intra limites vicinæ Parochiæ S. Viti M. sitis. Fuere enim, qui defunctum in ista tumulandum, aut locum præventioni locum esse, existimarent, permotò decisione Rotæ, parochianam Ecclesiæ S. Dominici defunctum eodem adjudicantis: quantumvis in Clericum ordinatus Ecclesiæ S. Jacobi ex depuratione Episcopi servierit. Rationem debebant partim; quòd Titius in S. Viti Parochia habuerit domicilium habitationis: ii autem, qui sepulturâ non electâ decedunt, de Jure tumulandi sine in Parochiis, in quibus domicilium constituerunt, *c. fin. de Paroch. & c. 12. q. 3. pr. hâc Rubr. in 6.* & si præter habitationis aliud habuerunt, locus sit præventioni, *arg. c. Duobus 14. de Rescriptis in 6.* partim verò; quòd, qui sine sepultura à Majoribus aut semet electâ decedunt, sepeliri debeant in Parochia, quibus, si alibi sepulturam elegerint, portio Canonica deberetur, *c. De iis 4. & c. Cum super 8. ubi Panorm. n. 5.* portio autem illa, si Titius sepulturam elegerit alibi, S. Viti Ecclesiæ debita fuerit; cùm



ter; eam de Jure debeat Ecclesie, ex qua defuncti corpus assumitur, c. *Cerisificari* g. & c. *In nostra* 10. ibi, De cuius Parochia mortuorum corpora assumuntur: Corpus autem Titii ex ista Parochia tollendum fuisse, constat.

41. Mihi cum Zypæo *Analys. Jur. Ponsiff. hâc Rubric. n. 4. §.* Porro hac in re spectanda & observanda Concordata seu pacta, si quæ inita inter Parochias fuerunt, arg. c. 1. de *Patris* & c. *fin. eadem Rubr. in 6.* aut istarum vel diocesis Consuetudo, arg. c. *Cerisificari cit.* & c. *fin. de Consuet.* Iis autem deficientibus potior esse visa est causæ Parochia S. Annæ.

42. Movebar imprimis autoritate DD. indifferenter statuentium, Clericos beneficiatos, sine Majorum aut à semet electa sepultura defunctos, sepeliendos in Parochiis, in quibus obtinuerunt beneficium exigens stabilem residentiam & servitium personale; id enim cum Sylveltro *cit. q. 8. d. 6.* generaliter atque indistincte docent Barbosa *de Offic. Parochi cap. 26. n. 34.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 17. n. 18.* Donatus *Tom. 3. Prax. Regular. tract. 9. q. 26. n. 1.* Valenti. *ad hanc Rubr. §. 2. n. 6.* Zypæus *l. cit. n. 4.* & alii, pro se allegantes Petr. de Ubaldo. *de Port. Canon. cap. 9.* ubi cum à n. 28. & 36. varios clericos, Ecclesiarum servitii perpetuo adstrictos, in iis sepeliendos statuisse, id negat de sacerdotibus conductiis & illarum servitiis adstrictis solum ad tempus: & Tuschum *Pract. V. Sepelire, conclus. 189.* quod locis, Canonicos cæterosque Ecclesie Cathedralis beneficiatos, in ea Sacramenta percipientes, si in Parochia suæ habitationis moriantur, non in hac, sed in Cathedrali Ecclesia tumulandos, disertè docet ex ratione, locum habente in Titio; quod adstrictus Ecclesie uni & habitans in altera, sepeliendus sit in prima.

Deinde eadem; quæ pro S. Viti Parochia allegata est, decisione Rotæ, Clericum Ecclesie S. Dominici post acrem disceptationem, & ideo solum adjudicantis; quod non fuerit de Ecclesie S. Jacobi Corpore: sed ejus servitio ad tempus duntaxat: & non, ut veri beneficiati, perpetuo addictus, argumentò minime obscurò, in ea tumulandum, si de ejus corpore, etique instar veri beneficiati adstrictus perpetuo fuisset.

Demum ratione; quia generaliter fideles, Majorum aut à se electam sepulturam non habentes, tumulari debent in Parochiis, in quibus habent proprium domiciliū & Sacramenta cæteraque spiritualia & Divina perceperunt & objerunt ex obligatione, c. 1. *hic* & c. 1. *in 6.* etiam si extra earū fines moriantur, c. *Is qui 3. pr. in 6.* Titius autem sacramenta percepit cæteraque spiritualia & Divina ex obligatione obiit in Parochia S. Annæ, cujus fuit beneficiatus, quod plene constabat: in eaque & sola habuit proprium & verum domiciliū. Et quidem, quod Domiciliū in ea habuerit, satis liquet; quia ex inventione & dispositione Juris, sicut miles in loco, ubi stipendia meret, l. *Municipes* 23. §. 1. & in loco mariti uxor, l. *fin. §. 3. ff. ad Municipal.* sic clericus beneficiatus, tanquam spirituali Christi militiæ adscriptus, *can. Reprehensibile, 23. q. 8.* & Ecclesie suæ quasi Sponsus, arg. c. *Inter corporalia 2. de Translat. Episc. & Cleric.* proprium domiciliū habet in loco beneficii, stabilem residentiam exigentis, c. *Dilectus 29. de Rescript. & l. Omnes 33. pr. C. de Episc. & Cleric.* ubi Baldus & *in e. tit.* Panormit. n. 2. & Barbosa n. 3. etiam si à loco beneficii aliquamdiu abfit; cum ipsa in Ecclesia residendi etique deserviendi obligatio faciat, ut domiciliū contrahatur, Panormit. *in c. Populasti 27. de Rescript. n. 4.* & alii



alii apud Mascard. *de Probat. concl.* 535. n. 5. & Sanchez *Lib. 7. Consil. cap. 1. dub.* 23. n. 3. Quòd autem domicilium habuerit in ea sola, & non etiam in S. Viti Parochia, ratio est partim; quia ad e- jus in aliquo loco constitutionem, præter factum sive habitationis translationem exigitur animus in eo perpetuò & stabili- ter permanendi, *l. Domicilium* 20. *l. Ejus qui* 26. ff. *ad Municip. § l. Nihil* 26. ff. *de Capt. § possim.* qui à Titio nun- quam declaratus est expressè; cum de hoc non constet: & ex sola habitatione præsertim conductitiâ, minori tempore quàm decenniò continuatâ, non præsumitur, *l. Nec ipsi* 2. *c. de Incolis, ubi* Glo- sa *V. Larem*, Panormit. *in c. fin. de Paroch.* n. 8. aliisque relatis Mascard. *l. cit.* n. 13. & Sanchez *Lib. 3. de Mar. disp.* 23. n. 1. Imò, cum Sacramenta cæteraque Divina perceperit & ex officio atque obligatione objerit in sola Ecclesia S. Annæ, domicilium spirituale in ea sola à se constitu- tum, abundè declaravit: partim verò; quia in hac sola propriè & formaliter ha- buit residentiam; cum in Ecclesia reside- re clericus potius à servitio, quàm acci- dentaria & merè materiali habitatione dicatur, Sylvester *V. Residentia, pr. & Fagnanus in c. Conquerente* 6. *de Cleric. non Resid.* n. 16.

Confirmatur; quia, licet Titius in utraque domicilium habuisset, tamen se- peliendus fuisse in Parochia S. Annæ, cum quia, licet in aliis plura habentibus, si cætera paria sint, attendatur domici- lium habitationis: Clericorum tamen plura habentium principale domicilium esse censetur in loco beneficii, Innocent. *in c. Ex ore* 17. *de Privileg.* Panormit. *in c. Postulasti* cit. n. 4. & ibi Felinus n. 6. tum verò; quia in ea sola percipere Sacramenta cæteraque divina obire solitus est, & ex officio atque obligatione debuit.

In contrarium deducta non admo- dum urgent; quia imprimis in Parochia S. Viti reledit merè per accidens & ma- terialiter, sine ulla Sacramentorum alio- rumque spiritualium perceptione aut ad- ministracione: in qua, sicut cætera Pa- rochialia, sic vel maximè jus sepulture fundatur, per textus *c. 1. § c. l. qui cit.* & tradita à Barbosa *cit. cap.* 26. n. 34. & Card. de Luca *Theor. V. § l. p. 3. de Paroch. disp.* 23. n. 8. & 9. asserente, id à Rota sæpius decisum, Deinde; quia portio Canonica, quæ sepulturam Pa- rochiam sequitur, de Jure et Ecclesie de- betur, in qua defunctus celestis papalis refici, audire divina aliisque Sacramenta percipere consuevit, *c. 1. cit. c. De in* 4. *hic § c. Cum quis* 2. *in* 6. *live*, ad quam iste vivens pertinuit, *c. Relatum* 2. *c. Cum super* 8. *c. In nostra* 10. *lit. & Trident. Sess.* 25. *cap.* 13. *de Reforma.* Præterea; quia non tam locum, ex quo corpus per accidens assumitur, quàm in quo Sacramenta percipit, spectandum, ex *cc. cit.* junctò *c. l. qui* 3. *pr. in* 4. satis liquet, Demum; quia, licet præ- ventioni quoad sepulturam locus sit casu, quò defunctus in duabus Parochiis domicilium habens Sacramenta cæteraque spiritualia percipere & obire consuevit in utraque, ut ex *c. Cum quis* cit. jun- ctâ Glo. sâ *V. Domicilia, desumunt* cit. Ubal. d. n. 3. Vallens. n. 1. & Pirching *ad hanc Rubr.* n. 1. id tamen locum non habet, cum defunctus iste in una & principalis propriè dicti ac formalis domicilii Parochia, & ex officio atque obli- gatione in ea sola, ut Titius apud S. An- nam, perceperit & obivit; cum sepulta- ra, ut dictum, ab hujusmodi perceptio- ne præcipuè pendeat.

Porro si, de Jure in aliqua Paro- chia sepeliendum, Religiosi vel etiam cle- ricici seculares in suis Ecclesiis sepelire præ- sumerent,



sumrent, locus esset dispositioni, c. Ex parte 5. & c. In nostra 10. quibus locis illi cadavera cum omnibus, quæ occasione ejusmodi sepulturæ perceperunt, Parochiæ, tanquam spoliata, restituere jubentur; quantumvis aliis defunctorum corpora, sepulturæ semel tradita, exhumari & aliò transferri prohibeantur, l. Nemo 14. C. de Religios. & sumpt. fun. & à S. Congreg. Episcop. & Regular. 11. Septemb. 1643. edita declaratione reprehendi jussi sint Regulares; quòd in sua Ecclesia sepulti cadaver, à Curia seculari recognoscendum, sine consensu Episcopi permiserint exhumari, ut refert Lauret. de Franchis *Controvers. Episc. & Regular. p. 2. q. 66. n. 2.*

47. Simili modo Parochi, cum defunctorum in Ecclesiis Regularium, vel Majorum, aut suâ electione tumulandorum, corpora auferre præsumunt, ista exhumata restituere tenentur cum omnibus, quæ illorum occasione perceperunt, c. Liberum 6. vel de Jure percipere potuerunt: quod addit Glossa *ibi, V. Recepisse;* ut adeò Parochi etiam portionem Canoniam, aliis sibi debitam, amittant, Barbosa *in c. cit. n. 3.*

48. Dubium practicum hic est de Consuetudine, vi cujus aliquid accipitur vel exigitur pro sepultura; cum, an ea, licet ubique invaluerit, valida sit, ambiguum reddant varii textus: quorum aliquibus damnatur, aliis non obscurè sustinetur. Si autem à DD. variè in concordiam reducuntur. Et, licet omnes, tanquam corruptelam damnent Consuetudinem, vi cujus sacra humus effodi non permittitur, aut effossæ defunctus non inferretur, antequam pro ea certa pecunia solvatur: aut ista exigatur tanquam loci Sacri pretium, vel compensatio actus sepeliendi, aut alterius rei spiritualis; quia ab omni pietate & honestate aliena

atque omnino intolerabilis perversitas ac sordities foret per *can. Questia 12. can. Postquam 13. Ec. 13. q. 2. c. Plerique 7. c. fin. de Pænit. c. Abolenda 13. hâc Rubr. c. Suam 29. c. Ad Apostolicam 42. de Simonia. Barbosa in Trident. Sess. 25. cap. 13. de Reformat. n. 36. & Engel ad hanc Rubr. n. 16. valida tamen, &, ubi viget, observanda est Consuetudo*

Primò, vi cujus occasione sepulturæ à Fidelibus ex devotione & sine exactione oblata accipiuntur, *can. Questia cit. & can. In Ecclesiastico 14. in fine q. 2. cit.* Imò Fideles ad ejusmodi laudabilis Consuetudinis observationem compelli, saltem ab Episcopis posse, discretè habetur *c. Ad Apostolicam cit. §. fin.*

Secundò, vi cujus aliquid exigitur pro terra seu fundo nondum consecrato vel benedicto; ut in cæmeterium convertatur: quod non obscure supponitur *can. Aurum, 12. q. 2. & præter Glossam in c. Abolenda cit. V. Sepultura & Panormit. ibid. n. 4. tradunt S. Thomas 2. 2. q. 100. art. 4. & Redoanus de Simonia p. 3. cap. 16. à n. 14.* Ratio clara est; quia terra res merè temporalis pretiòque æstimabilis est; ac proinde, sicut aurum vel argentum pro calice, & ipsam etiam terram pro Ecclesia, sic eam pro sepultura vendenti, quid ob stare possit, non apparet.

Tertiò, vi cujus aliquid daretur pro loco sepulturæ digniore & honoratiore, absque respectu tamen ad istius sanctitatem & fructum spiritualem: vel pro obligatione non nisi ex certa aliqua familia defunctorum cadavera ad certum aliquem cæmeterii locum vel Sacellum admittendi, ut multis DD. congestis docet Barbosa *cit. cap. 26. à n. 16. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 16. à n. 92. & Gonzalez in c. Abolenda cit. n. 7. quia hujusmodi*

Y y 2

modi



modi obligatio ei accidentalis & pretio æstimabilis est.

Quartò, vi cuius aliquid exigitur pro camiterii vel loci specialis sepulture conservatione & reparatione, Barbo-  
*la cit. cap. 26. n. 16.*

Quintò, vi cuius aliquid accipitur pro sustentatione ministrorum, atque etiam pro stipendiò clericorũ, ad id ex officio non obligatorum: imò etiam ipsius Parochi, congruam sustentationem aliter non habentis: non quidem; ut illud officium: sed ut extraordinarius & illi extrinsecus labor compensetur, Sylvester  
*V. Sepultura, q. 2.*

Sextò, vi cuius aliquid exigitur in compensationem decimarum Personali-  
um casu, quò Parochiani istas solvere desissent, earumque locò Mortuaria solve-  
re inceperent, Engel *cit. n. 16.*

### ARTICULUS V. De Portione Canonica Parochiali.

#### SUMMARIUM.

50. Portio hac Ecclesie Parochiali debetur
51. De relictis extraneæ intuitu sepultura:
52. Et pro locorum varietate varia est.
53. Multis casibus de Jure cessat,
54. Aut sublata est privilegiò vel Consuetudine:
55. Quæ hac in re præcipuè spectanda est.
56. Aliquando de ea est portio dividenda.
57. Ejus quarta pars à Parochiali,
58. Et aliquando à sepultura Ecclesie debetur.
59. Sicut Episcopo de iis, quæ Ecclesiis vel Monasteriis, ipsi tan-

quam diocesis Ordinario subiectis, ali-  
mã voluntate relinquuntur, Portio Ca-  
nonica Episcopalis, juxta dicta Tit. 28. l.  
n. 256. sic Parocho debetur ejusmodi  
portio aliqua, quæ *Quarta Parochialis*  
nuncupari solet: estque pars Portionum  
gatorum & aliorum ultimã voluntate re-  
lictorum, Oblationum, & quæcumque  
Ecclesiis & Monasteriis, etiam Exemptis,  
*Clement. Dudum 2. §. Ac deinde, V. Per-  
rùm ne*, obveniunt occasione fune-  
sepulture parochianorum, extra pro-  
priam Parochiam tumulorum, c. 1. l.  
*Cùm super 8. c. Cùm quis 2. in 6. & Tri-  
dent. Sess. 25. cap. 13. de Reform.*  
Quam portionẽ Parochis attribuendũ no-  
tio c. 1. cit. ex Apostolo redditur, quia  
*Dignus est operarius mercede sua. 1. Ti-  
moth. cap. 5. v. 18. & qui fuerint pas-  
sionum socii, esse debent & consolatio-  
num, 2. Corinth. cap. 1. v. 7. cùm enim  
Parochus sustineat onus celebrandi Divi-  
na officia, & parochianis, dum vivunt,  
Sacramenta aliãque spiritualia ministran-  
di, c. Ut Dominicus 2. de Paroch. & qui  
qui Altari servit, de Altari vivat: &  
qui seminat, sive aliis præbet spiritualia  
meta, sive ab iis recipiat Carnalia, 1. Co-  
rinth. cap. 9. v. 11. æquissimum est:*  
ut eorum, quæ occasione fune-  
sepulture alicujus parochiani extraneæ Ec-  
clesiæ vel Monasterio obveniunt, por-  
tio aliqua Parocho præstaretur; ne illi  
debitis subsidiis defraudetur, *cc. cit.*

Porro, sicut Episcopalis, sic etiam  
etiam Parochialis portio de Jure quarta  
c. Cùm super 8. de Consuetudine autem  
aliquando tertia, & aliquando media  
pars est, c. 1. §. c. Relatum 2. vel por-  
tius, secundum Glossam in c. 1. cit. V.  
*Tertiam & textum c. Certificari 5. pro  
locorum temporumque varietate ali-  
quando tertia, aliquando dimidia, ali-  
quando quarta pars est.*



Plures etiam sunt casus, quibus, sicut illa, sic & hæc portio non debetur: & Primò quidem ex iis, quæ defunctus aliis, quam suæ sepulturæ, Ecclesiis reliquit, *Glossa in c. 1. cit. V. Judicii.*

Secundò, ex relictis suæ sepulturæ Ecclesiæ, si Ecclesiæ Parochialis Rectoris, & non ipsius parochiani defuncti, culpâ fuit interdicta, *Sylvester V. Canonica Portio, n. 8. casu 8.*

Tertiò, si defunctus in propria sua Parochia Sacramenta cæteraque Divina percipere non potuit propter diurnam ipsius vacationem; quia Canonice portionis exigendæ jus in iis præcipuè fundatur, *V. Verùm cit. ac proinde, istis cessantibus, cessat etiam jus illam exigendi, arg. c. Cum cessante 60. de Appellat. Idem ibidem casu 14.*

Quartò, si funus, ad perpetuam sepulturam alio transferendum, in Ecclesia vel Monasterio deponatur ad tempus; quia in tali Ecclesia sepulturam propriè non habet, *Azor p. 2. Instit. lib. 9. cap. 13. & Donatus Tom. 3. Prax. Regul. Tract. 11. q. 2. n. 1.*

Quintò de iis, quæ loco sepulturæ relicta sunt pro ornamentis, fabrica, Anniversario, & ad cultum Divinum perpetuum, sine fraude tamen, *Barbosa de Offic. Parochi cap. 25. n. 47.*

Sextò, de iis, quæ Novitii, Religiosorum, dum sani essent, ingressi, Monasterio contulerunt, *c. De iis 4.* etiam si defuncti sint extra Monasterium in paterna vel alia domo, ad quam valetudinis recuperandæ (non ad seculum redeundi) animò se contulerunt, *Rodriquez Tom. 1. Regular. q. 39. art. 4. cum 3. quòd jam gaudeant privilegiis Religionis: tum verò; quòd Religionem ingressi animò profertendi, quasi mutato domicilio Parochiani esse desierint, Sylvester 1. cit. casu 5. Aliud esset, si ad monasterium in iuxta-*

mitate, aut non mutandi statù animò se contulissent; à talibus enim in infirmitate decedentibus, Monasterio relictorum portionem Canonice Parochia debetur, *c. cit. pr. habetur; quòd relicta præsumantur ratione sepulturæ, arg. l. Julianus 2. ff. de Mortis causa donat. Azor cit. cap. 13. q. 3. casu 3.*

Septimò, ex legato, quod testamèto ante electam sepulturam conditò, relictum est; ut Ecclesiæ independentè à sepulturâ ante obitum electâ obveniat, *cit. Azor q. 4. casu 10.*

Octavò, quando legatum, Ecclesiæ Parochiali à defuncto relictum portionem Canonice ei debitam æquaret. *Panormitanus c. De iis cit. n. 2.* Alii tamen hac in re utuntur distinctione inter duos casus. Unum, quò Parochia legatum relictum est expressâ conditione; ut ultra illud quartæ Parochialis nomine nihil exigatur. Alterum, quò id absolutè & nullâ hujusmodi conditione expressâ est relictum. Et priori quidem, si legatum acceptetur, nihil amplius: posteriori verò casu etiam portionem Canonice exigere posse, ex *c. Officii 14. V. Quodsi, de Testament. defumunt apud cit. Donatum q. 22. quòd portionem illam exigendi juri priori casu renuntiatum videatur, arg. l. Cum ab uno 53. ff. de Legat. 2. non etiam posteriori, arg. l. Quoties 41. §. 1. ff. de O. & A.*

Nonò, portio Canonice non debetur à Religiosis & aliis, per privilegia Apostolica specialiter, non generaliter duntaxat exemptis: cujusmodi privilegiis ab ejus præstatione FF. Minorum S. Francisci, Prædicatorum aliorumque Mendicantium Ordinum Monasteria exempta, latè ostendit *Donatus Tract. cit. q. 4. §. 5.*

Decimò demum non debetur, ubi ejus Parocho præstanda obligationi Consuetudine legitime præscriptâ, hoc est, quadraginta annis cum titulo vel immemoriali



moriali tempore est derogatum, Petr. de Ubaldo. *de Port. Canon. cap. 5. n. 3. & cap. 6. n. 34.* Molina *Tract. 2. de J. & J. disp. 215. n. 7.* & Barbosa *cit. cap. 25. n. 16.*

§5. Atque hanc Consuetudinem, sicut quoad locum sepulturæ, sic etiam quoad præstationem Canonice portionis præcipuè spectandam, passim notant *citt.* alii- que DD. qui etiam monent, hodie mul- torum locorum usum receptum; ut Páro- cho tantum de oblati ipsò die sepulturæ & cum corpore defuncti delatis solvatur: de legatis autem aliisque oblationibus ni- hil præstetur, Molina *disp. cit. §. Quod ad.* In nostra Civitate Ingolstadtensi de- functis, antequam in Ecclesiis Regularium tumulerentur, ad Parochiam delatis exequiæ (& postea, Septimi, Tricesimi & Anni- versarii iusta) persolvuntur; idèoque à sepulturæ loco nihil præstatur Ecclesiis Parochialibus.

§6. Dubium de hac Portione est, cui Parochiæ debeat ab eo, qui duo æqualia domicilia habuit, & parochias duas. Quò casu, si extra utramque sepeliatur, por- tionem inter eas dividendam, decisum est *c. Cum quis 2. pr. V. Cum ab eo in 6.* Mo- lina *disp. cit. in fine.* Idem faciendum, existimat Archidiaconus in *V. Cum ab eo cit.* etiam si defunctus Sacramenta cete- ràque Divina in una tantum percipere so- litus fuisset. Alii tamen frequentiori calculò eam tali casu huic solvendam de- sumunt ex *c. 1.* ubi tertia pars dari jubet- tur Ecclesiæ, *In qua defunctus calesi pabulò refecti consuevit:* cui consonant *c. cit. & Clement. cit. V. Verùm.* Nec defi- cit ratio; quia talis, etsi potuerit duas, actu tamen unam duntaxat Parochiam habuisse videtur; cum Parochialis pro- priè illa Ecclesia dicatur, in qua percipi- untur Sacramenta, Sylvester *V. Canonica Portio, num. 11.* & Rodriguez *cit. q. 39. art. 5.*

Aliud dubium est, an portio Canonice tota spectet ad Ecclesiam Parochia- lem. De Jure, sicut cæterorum, que Ec- clesiis inferioribus non exemptis ultimè voluntate relinquuntur, *c. Offici 14. & c. Requisisti 15. de Testament.* sic etiam Mortuorum sive legatorum, oblatio- num, aliorumque funeralium, que sibi- dem obveniunt, quartam Episcopo de- beri, patet ex *c. Conquerente 16. de Offi. Ordin.* cujus argumentò ipsi etiam à Pa- rochis præstanda est quarta, vel alia si recepta pars portionis Canonice, que ip- sis obvenit ratione sepulturæ alibi facta, Ubaldo, *Tract. cit. cap. 8. n. 4.* Unde

Infertur primò, casu, quò defunctus sepulturam extra propriam Parochiam eligit in Ecclesia non exempta, sive sub- jecta Episcopo, de iis, que Ecclesiæ sepul- turæ obvenierunt, de Jure quartam sive Canonicas portiones duas solvendas: no- nam Episcopo, juxta *c. Offici & c. Requisiti cit.* alteram Parocho, juxta *c. 1. Cum super & c. cit.*

Secundò, tali casu Episcopum duas ejusmodi portiones consequi: Unam ad Ecclesiam sepulturæ, *c. Offici & c. Requisiti cit.* alteram à Parochia, scilicet quartam quartæ sive portionis Parocho competentis, *c. Conquerente cit. Ubaldo. cit. cap. 8. n. 13.* Tertiò, casu, quò sepultura electa est in Ecclesia exempta, unam tantum, scilicet portionis Canonice Paro- cho præstandæ quartam, Episcopo debentem juxta *c. Conquerente cit. Panormi. in c. Certificari 9. n. 10.* & Ubaldo. *cit. n. 13.* Casu tamen, quò duplex portio deberet, prius Parochialem, quasi debitam ab ipso testatore, eaque deducta ex residuo pri- mum quartam portionis Episcopalis no- mine præstandam, cum *cit. Panormi.* docet Covarruvias in *c. fin. de Testament. n. 8.* & Molina *cit. disp. 215. §. Juxta.*